Vidatum dns Regens

Laurentius miseratione divina Eps Prenestin Dilecto in xpo Nobili viro Federico Enriquez de Ribera Marchioni de Tarifa Prefecto Vandalie Ispalen dioc Salt in dno Ex parte tua nobis oblata petitio continebat Quod cum alias postq felicis recordationis dns Leo ppa. x. ad supplicationem tuam omnibus et singulis xpifidelibus Hospitale Quinq Plagar Ispalen In festo sancti Gregorij visitantibus et manus porrigentibus adiutrices Plenariam omnium suor peccator remissionem Et defunctis pro quibus Elemosina eidem Hospitali tribueretur eandem vel aliam In dulgentiam In suffragium concesserat a nonnullis hesitaretur an divites visitates similem quantumvis parvam Elemosinam sicut Pauperes porrigentes Indulgentiam huiusmodi pariformiter consequerentur Sedes aplica ad huiusmodi dubium tollendum per lras per Officium sacre Penitentiarie aplice expeditas Elemosinam huiusmodi Juxta personar ipsar qualitatem taxavit ac Visitatoribus sive Prionis dicti Hospitalis taxationem ipsam eor arbitrio moderandi facultatem concessit prout in dictis lris plenius continetur Cum autem sicut eadem subiungebat petitio Circa Elemosinam pro defunctis solvendam nulla fuerit facta taxatio sed porrigentium voluntati relictum fuerit Et propterea ne ex hoc simile dubium superiori exoriri valeat Cupias Elemosinam ipsam pro defunctis per eandem sedem taxari Supplicari fecisti humiliter tibi super hijs per dictam sedem mir provideri Nos igitur tuis in hac parte supplicationibus Inclinati Auctoritate dni ppe cuius penitentiarie curam gerimus Et de eius speciali et expresso mandato super hoc vive vocis oraculo nobis facto Elemosinam predictam pro Pauperibus qui quotidiano manuum suar labore vite necessaria sibi ministrant Ad unum pro alijs vero Elemosinam ipsam pro animabus defunctor suor tribuentibus ad Quatuor Morapetinas monete illar partium Taxamus Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus aplicis ac omnibus illis que prefatus dns Leo In suis lris voluit non obstare ceterisq contrarijs quibuscumq Dat Rome apud Sanctumpetrum sub sigillo officij penitentiarie xvij. Kl. decembris Pont. dni Clementis ppe vij. Anno Primo.

No:

R^m grat.

E. Scutari Trigintatcus

M. de Tuobitnos

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO

... de Castilla n°

18

V. Renssos

· de Cuciso ·

Bulla de la tiyssaçion por deffuntos en el ospital
e mis.a de las 5 plagas / a my inpensa por
todos y en maravedis los ... los otros
tiene el trabajo de sus manos
a 15 de noviembre de 1524 ...

Ya no tiene fuerça esta bulla
porque cesso el jubileo de mar...
... Revocado por Pio 5.

PERGAMINOS, 4
Hospital de las Cinco Llagas, leg. 1 B

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO